

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De modo colendi Deum imitationem diuinarum SS. Trinitatis Personarum.
Cap. XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

operari sunt duæ, ut omnia opeta fiant cum summa diligentia, & Spiritus seruore. Secundum. In omnibus occasionibus bene operandi eligere id, quod perfectius est. Tertius. Inter eque perfecta, eligere id, à quo magis amor proprius abhorret, & quod Christi vita, pauper, afflictæ, despectæ, conformius est. Quartus.

Tolerare omnia aduersa, non tantum patienter, sed etiam liberter, vixim etiam cum gáudio & exultatione saltem partis superioris.

Quintus. Insatiabili desiderio teneri quam plurima bona faciendo, & quam plurima mala

penalitatem pro Deo tolerandi. Sextus. Exterius viae irreprehensibiliter. Septimus perpetuo proficie in virtutibus. Octauus. Omnes temporis particulas in operibus meritoris traducere.

Nom. Omnia & facere & pati purè propter Deum, non desiderando ob id villam remunerationem in hac vitâ & in alterâ. Decimus. Tam in prosperis quam in aduersis perfectam conformitatem habere cum Divinâ voluntate, per ipsum & per suos Vicarios declarata, sine villa exceptione & tergiuersatione in ea exequenda. Undevicesimus. Certum eriam Sanctitatis signum est prater omnia illa que supra allata sunt, ferre rectum iudicium de rebus & personis (& nobis fauientibus, & contrariis ac nonis aduer- fuitibus) sine illo inordinato affectu amoris & auctorionis. Duodecimus. Certissimum est, viros Sanctos, quod magis in virtute crescent, eo fieri miiores, affabiores, &c, vt ita dicam, magis phlegmaticos & temerosos, in puniendis aliorum culpis, & maiore commiseratione prædictos erga affilios & imperfertos ac delinquentes, & favorabiliora ferentes iudicia de aliorum dotibus ac talentis natura & gratiae: iuxta illud S Gregorij Papæ: *Vera iustitia compas- sione habet, salsa verò designationem.*

Aliter S. Bernardus describit Sanctitatem, breuiter quidem & compendiosè, sed in eius brevibus dictis comprehenduntur fusiùs dicta à S. Chrysostomo. Sanctum facit, affectio Sancta, & ipsa gemina: Timor Domini Sanctus, & Sanctus amor. Huius perfectè affecta anima, veluti quibusdam dubius brachii suis comprehēdit, amplectitur stringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. Vbi est enim Dei timor & amor illius sunt omnes illæ conditions quas ex S. Chrysostomo attuli ad sanctitatem perfectam requisitæ.

Alio vero in loco idem Sanctus sic ait: Tria sunt que sanctum faciunt hominem: *victus sobrius, alius iustus, sensus pius.* *Victus sobrius erit, si continenter, si socialiter, si obedienter, id est castè, charitatiuè, humiliter vixerimus.* Per continentiam enim castitas, per socialitatem charitas, per obedientiam humilitas acquiritur. Et hæc est virtus que animam perfectè Dio subditam, sub rimbra, alarum ipsius securè facit rire. *Alius iustus erit, si fuerit rectus, discretus, fru- diosus.* Rectus per bonam intentionem, discretus per mansaram possibilis, fru diosus per virilitatem.

proximorum. *Sensus pius erit, si fides nostra Deum sentit summè potentem, summè sapientem, summe bonum, vt per eius potentiam nostram credamus adiuvari infirmitatem:* Per eius sapientiam nostram credamus corrigi ignorantiam: per eius bonitatem, nostram credamus dilui iniuriam.

CAPUT TRIGESIMVM TERTIVM.

De modo colendi Deum, per imitationem diniarum SS. Trinitatis personarum.

Primo imitanda est SS. Trinitas in hoc, ne vnguam quantum fieri potest, peccemus. Quod cum in hac vita de lege ordinaria fieri non possit, & soli Christi D. Humanitati ac B. Virginis Mariæ fuerit concessum, saltem vitemus peccata omnia illis modis, quos posui in Opusculo de Indiciis & gradibus spiritualis profectus cap. 1. & 2. & iterum in Opusculo de quatuor F. cap. 2.

Secundo, imitandus est Deus non solum in non peccando vnguam, sed etiam in quadam morali impossibilitate peccandi, tali qualiter explicauit in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus c. 1. n. 52. Nam vt ait S. Dionysius Areopagita: *Oportet nos, se ad communionem Dei ad- huc. Eccl. spiramus, diuinissimam eius in carne vitam contemplari, atque sanctam eius impeccantiam,* (alia versio habet, impeccabilitatem) ad Deiformam & immaculatum statum contendere. *Hac namq; ratione prout nobis congruit, similitudinem suam novis communicabit.*

Tertio, imitandus est Deus in caritate passiōnum, quibus etsi carere non possumus, vt ille, possumus tamen cum diuina gratia eas moderari, & acquirere earum dominium, illis modis, & in illis rebus situm, quas recensuit in Opusculo de Dominio passionum c. 12. & 14. & sequent. & in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus cap. 3. & 4.

Quarto, imitandus est Deus in perfectè operando, tum ob perfectissimum finem, tum perfectissimo modo, quem tradidi in Opusculo de quatuor F. cap. 3. & 4. & in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus cap. 8.

Quinto, imitandus est Deus in plenitudine infinita Sanctitatis & omnium virtutum eius naturæ conuenientium in infinita excellètiâ, procurando, vt diuinæ eius gratiæ cooperando, per continuum in virtutibus progressum, conuenientium, iis modis, quos ostendi in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus cap. 9. 10. 11. Et si tâ diu Deus vitâ & gratiâ suam dedérit, ostendam in Opusculo quod melior, de natura, gradibus, & ornamentis singulatum virtutum.

Sextus,

Sextū, imitandus est Deus in mirā unitate coniunctā cum Trinitate personarum inter se distinctarum , ita conservando carnem obedientem animā, diuinis doctrinis informata , & iuxta dictamina perfecta, recte rationis operanti ac si illa esset vna res simplicissima , & vnu quod cum corpore , & quasi indistinctum , & ita concorditer viuendo cum aliis, eti multis , ac si esses vnius cordis iudicij & voluntatis circa fugam malorum, & executionem bonorum operum.

Septimū, imitandus est Deus in mysterio numeri terarij . Cum enim fecundissima Dei natura exigeret pluralitatem personarum , eas nec pauciores quam tres , nec plures esse voluit, ut hinc quoque discas, fugere solitudinem & singularitatem à communī & probato modo viuendi abhorrentem ; & vitare familiaritatem non spiritualem , cum vna aliqua persona: & non habere multis priuatis tibi æquales personas conscientias tuorum secretorum.

Octauū, imitandus est in coniunctione virtutum quae actus habent contrarios, & difficile in hominibus coniunguntur . Ut quemadmodum in Deo est iustitia punitiva , & misericordia erga nos eiusmodi, dicit S. Ecclesia; Dei proprium esse misereri & pacere , & nosse omnia, nihilominus obliuisci iniuriarum , dum quis ex corde dolet ob admissa peccata ; ita in te coniuncta sit in gradu excelsō , misericordia & commiseratio, immo ipsa viscera misericordiae , & simul zelus iustitiae & rectitudine , & dum opus est paupitio malorum: timor Dei , & spes in Deum : item humilitas profundissima , simul cum magnanimitate excelsa: paupertatis amor , cum liberalitate coniunctus: mansuetudo cum zelo cura discreta sanitatis corporis , cum Sancto odio sui & mortificatione membrorum ac sensuum affidua : desiderium ardens celestis gloria , & in ea videndi Deum , coniunctum cum desiderio diu viuendi in hac vita . (si ita placet Deo) ut quam plurimi iuuentur & trahantur ad Deum , & tu quam plurima & quam maxima congreges merita tibi . ad Deum in cœlo quam maximē glorificandum, amandum , & exhilarandum , ac oblectandum existimā sanctitate & gloriā.

Nonū, imitanda est Dei immutabilitas, vt si cut ille in naturā suā est immutabilis , vt licet actus externi Dei , ab eo procedant contraria inter se, verbi gratia , extrinseca malorum punitio , & bonorum remuneratio : immissa calamitatis, & concessi fauores ac præmia; ita tū nunquam à statu quieto mentis tuæ abscedas , aut perturberis, sed sis constans in bene cœptis & bene promissis , ne illis malis consiliis , vel exemplis, vel occasionibus , vel tentationibus , vel propriā voluntate, a bono apprehenso præfertum inchoato vel promisso , resilias : & siue vituperando mala , siue laudando bona ; siue

remunerando siue puniendo, intra te immutabilis permaneas, quoad internam mentis tranquillitatem & pacem , à nullo inordinato passionum naturalium motu perturbatam.

Decimū, imitandus est Deus in summa nature sue puritate, nullius alterius rei admixtione variata . Imitaberis autem hanc Divinitatis perfectionem , si nil in te si nisi diuinum, hoc est, nullum opus internum & externum, nulla debita omissione operis , quæ puer propter Deum tanquam cauam impulsiuam & motiuam nō fiat , & quidem modo diuino, hoc est, praescrito a Deo, vel per Sanctam Scripturam, vel per Sanctam Ecclesiam, vel per SS. Patrum doctrinam aliorumque vitæ Spirituali Magistrorum & tuorum Superiorum . Hoc affectus fuerat S.P.N. Ignatius , qui aliquando dixit , se vivere Glor. §. non posse, si quid in anima sua humanum , & non om-¹ ign. c. 7. ni ex parte diuinum aduerteret.

Vndeциmū, imitanda est Dei immensitas, per suam substantiam omnibus rebus creatis intiam & substantialiter praesentis , eaſque penetrantis , magis quam creatura se mutuo tangentes . Siec ergo per suam immensitatem praesens Deus etiam rebus feedissimis , nil nocuienti percipit, immaculatus permanet, ita tam circumspetè & attente inter creaturas verseris , ne quicquam tibi ille noceat , nec sensus & membra menteque tuam coinqüinent.

Duodecimū, imitanda sunt Divinitatis diuitiae, quæ nullā re indiger exstante extra se, sola sibi sufficit ad omnia quæ habet infinites infinita intra se, ad cuius exemplum tu rebus creatis indigens, iis quam paucissimis , quam rarissimè , quam minimè utere , & loco superfluarum, solo Deo sis contentus.

Dicimotertiū, imitanda est Dei æternitas principio & fine carens, se tibi exhibens præmium æternum quo in cœlis inamissibiliter fruari . Quod quia per virtutem & Sanctimoniam huius vita iusti assequuntur , tu da operam ut tam firmæ & stabiles sint in te virtutes omnes, ne vila creatura eas tibi eripiat , & quasi æterno quadam vinculo sint in te Dei beneficio colligatae , tibi que in amissibiliute vnitā.

Dicimquarto, imitanda est Dei independencia, qui à nullo dependet, nil pro se querit, nulla re extrinsecā opus habet . Hoc imitaberis, si solum Deum & eius extrinsecum bonum, hoc est gloriam eius & cultum & amorem, in te & in alijs, iuxta conditionem tuam quæres, & nulla humana patrocinia , per quæ ex amore in ordinato tui possis eueni ad honorifica & speciosa officia , vel gradus vel commoda , non quidem contemnendo & non curando alios, sed sine inordinatis prestationibus fauorum humanorum, cotam spem collocato in Deo, & dispositionem de te , Deo & tuis Superioribus committendo, nil particulare pro te desiderando

do & procurando, nisi solius Dei quam maximum obsequium, e modo, quo vult a te & de testare diuina prouidentia, quæ omnes capillos tuos numeratos habet, & cui maior est cura de te, quam de alijs creaturis ratione carentibus.

Decimoquinto, imitare cogitationes Dei, circa quid se occupent, & quo fine. Et tuas omnes cogitationes, ut eius cogitationibus sint quam simillimas, conare.

Decimosexto, imitare Dei voluntatem, quid illa velit, quid nolit, quibus rebus delectetur, a quibus abhorreat, & omnes tuas affectiones, & tuas auersiones, diuinis ut sint similes, da operam.

Decimoseptimo, imitare Dei beneficentiam erga creaturem omnes, per quam incessanter

proflus omnibus prouidet, conservando illas in natura quam eis dedit, concurrendo tanquam author naturæ ad earum actiones naturales, excitando tanquam auctor gratiæ ad actus supernaturales, homines, & in iis perficiendis iuuando, nouas in dies & horas & momenta gratias & beneficia multiplicia conferendo, idque etiam inimicis suis, & indignis omni bono. Tu talis esse stude, ut quemadmodum de Christo D. scriptum est, *per transfas omnibus benefaciendo*, omnibus seruiendo, omnes iuuando, omnium desideria licita, quantum licet & decet, exequendo, idque non intuitu ullius remuneracionis, sed pure propter Deum, quia Deus propter se solum pure omnibus creaturis benefacit semper & ubique.



N I C O.